



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Consideratio IV. Quomodo S. David æternitatem sit meditatus, & quæ
illius in hoc imitandi ratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Aug. lib. 11. Conf. c. 11. gendi restabunt, & hoc sine fine. Et quis hæc cogitat? quis perpendit ista? Conamur quidem aliquando æterna sapere, sed adhuc in præteritis & futuris rerum moribus cor nostrum volitat plenum vanitate. Quis tenebit illud & affiget, ut paululum stet, & paululum ad se rapiat splendorem semper stantis Aeternitatis?

Mirogenis supplicatio. Optime fecit Myrogenes, cum Eustachius Hierosolymorum Archiepiscopus ad eum munera militaret, modestè reculans: Hoc, ait, unum pro me ora, ut liberer. Cie. 3. Tusc. ab æterno cruciatu. Nec Tullius à vero aberrans: Sapienter, inquit, nihil potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo. Sed Tullio longè melius Franciscus, paupertatis sincerus amator, & verus Aeternitatis contemplator. Modica, inquit, hic voluptas, sed pena post immensam: modicus hic labor, sed gloria post æterna. Elige, multorum vocatio paucorum electio, omnium retributio.

Serm. 4. de Purific. Iob. c. 6. Quisquis igitur peccato letali obstrictus est vel unico, maturet penitentiam: Satius est & suavius, ait Guericus, fonte purgari quàm igne. Penitentia tempus nunc est, præoccupet penitentia penam. Qui times primam, irruet super eum nix. Qui misera detrimenta metuit, ad maxima deveniet: qui levem penitentiam laborem fugit, gravissimas tartari penas incurret. Ita D. Gregorius: Nonnulli, ait, dum temporalia adversa peremunt, distinctione se æternæ animadversionis obijciunt. Huic D. Paucianus accedens: Memento, ait, quia apud inferos exomologes non est, nec penitentia tunc tribui poterit, consumpto tempore penitendi. Festinate dum in via estis: secularis ecce ignis timemus & carnicum ungulas expavescimus. Comparete cum his æternas torquentium manus, apicisque flammarum nullâ etate morientium. Quæ pulchre

Ambros. c. 8. ad virg. lausam. Penitentia non verbis agenda est, sed actu; hæc autem sic agitur. Sic tibi ante oculos ponas de quantâ gloriâ rueris, & de quo libro vita nomen tuum deletum sit; & si te jam credas prope ipsas positum tenebras exteriores, ubi erit stertus oculorum, & stridor dentium sine fine. Cum hæc certâ fide, sicut est, animo conceperis, quia nescisse est prevaricatricem animam tartareis penis & gehennæ ignibus tradi; nec aliud remedium constitutum est post baptismum, quàm penitentia solatium; quantumvis laborem, quantumvis afflictionem subire esto contenta, dummodo æternis penis libereris. Urgeat egrum morbi corporis ad corporis purgationem; urgeant etiam nos morbi ad animi purgationem, urgeat salutis aviditas, urgeat æternæ mortis, æternæ cruciatu horror, urgeat æterna vita æternæque gloria consequenda spes. Quidquid animum purgat id amplectamur, quidquid inquinat subigamus: inquinat autem propriis luteum corpus. Fidelissima prorsus hæc D. Ambrosii admonitio est.

Christe Iesu, da, ut omnia vana hæc & fluxa sic possideamus, ne perdamus æterna: sed viam teneamus illorum, de quibus eximè Augustinus: Multi, ait, desiderio salutis, sub jugum liberi veniunt, & paulo ante sublimes ac elati, humilia afficiuntur, cupiunt esse quod ante despexerant, & odisse incipiunt quod fuerant: præsertim hostes, futurorum apparitores, AETERNAM illam patriam suspirant: abstinentiam deliciis, somno vigiliis, paupertatem divitiis anteponunt; arduum contra vitia laborem, voluptatem computant: inimicos diligunt, nullis iniuriis franguntur, propter AETERNAM retributionem. Ecquis non extremè laborer tui amore, O AETERNÆ RETRIBUTIO!

CONSIDERATIO IV.

Quomodo S. David Aeternitatem sit meditatus, & que illius in hoc imitandis ratio?

Qvod Deus apostatas angelos, & homines in extremo judicio damnatos æternum sit puniturus, tam durum aliquibus & incredibile visum est, ut etiam

Origines tanti ingenii, tam præcellentis doctrinæ, tam peritus scripturarum, adus sit in libris Periarcho de damnis & demonibus gratia restituendos, postquam in ignibus contractam culpam satis cluissent. Hunc præter ceteros D. Augustinus erroris damnat & conficit. Reperit hic error non paucos qui assentirentur. Per Hispaniam Aniti hæretici eum disseminarunt, diversis interpretationibus. Alii damnatos omnes, solos alii Christianos, isti Catholicos tantum, illi solos eos qui largiores fuissent in dandis elemosinis, ex Orco liberandos putabant, quos tamen Augustinus erroris non argueret, nimis tamen aperte divina pagina refutaret. Dycedite à me maledicti in ignem æternum. Et ibi in Matt. c. 25. supplicium æternum. Et iusti autem in vitam æternam. Nulla hic glossemata; nullæ opponi possunt explicationes. Unde Psaltes divinus, rex David, duo maxime tempora cordi habuit, nec tam præteritum quàm futurum bivit cordi obervans: Antiquaverunt, ait, vigiliis oculi mei; turbatus sum & non sum locusus. Quid tibi somnum abruptit, beatissime Propheta? Quæ hæc antelucana negotia, unde hoc silentium & animi perturbatio: causam audite: Cogitavi dies antiquos, annos æternos in mente habui. En, hoc est quod illi somnum rupit, præteritos cum futuris æternisque annis consulit, neque hoc solum fecit interdiu: Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Et quod hujus nocturni exercitii est incitamentum? Numquid in æternum projiciet Deus, aut non apponet ut complacitor sit adhuc? En, ut formidet & horreat æternitatem, ut divina judicia pertimescat, ne perpetuis in se penis Deus animadvertat. Et quis meditationis istius est finis, aut effectus? Et dixi, nunc coepi. Ita momento penè, seipso factus est melior, non distulit, non procrastinavit, non in deterioribus annos emendationem concepit. Nunc coepi, nunc sanctius vivam, non post horam primum, aut diem. Si ita possem, dicar quis, meditari æternitatem, ut meditatæ sit beatus David, forsitan etiam illud, NUNC COEPI, promptus & hilis pronuntiarem. At ego curis quotidianis involutus, laboribus impeditus, officiis distractus in mille partes, inter homines ago, multum mali video audioque, ita vix locus est apud me tam salubri de æternitate cogitationi; in circulis, in conventibus, in symposiis, ejus generis colloquia nostra non sunt, ut vagabundam per multam mentem ad æternitatis considerationem affigamus. In conviviis quidem, nugis & cyathis res agitur; seria jam pridem hinc exulant: conventus & circuli tam teretica vix admittunt. Nova ex Italiâ, Galliis, Hispaniâ pœtuntur: nimis vetera sunt & sæpius decantata quæ de celo, ex inferis feruntur nova, hæc jam scimus. Quid opus talia ad fastidium toties repetere? sic æternitati cogitanda vix aptus uspiam locus, vix commodum unquam tempus reperitur. Veritas te amet, mi Christiane, quàm hæc verè dixisti!

In mundo utinam culpam, quam agnoscis, etiam emendes. Nihil est, mis hoc clarum est, & oculis creditur, nullam penè in mundo æternitatis curam esse, cum tamen non desint, quæ partim illius nos sæpius, partim quotidie moneant.

Romanæ Ecclesiæ ritualis liber in Episcoporum inauguratione, hæc illis verba recitanda esse monet: Annos æternos in mente habe. Cum summus Pontifex recens electus solenni ritu ad facellum deducitur, est qui præeat, & ardentem stuppam concutens, ter hæc ingeminet: Pater sancte, sic transe gloria mundi. Quàm salubri pioque instituto quotidie ad omnium actionum initium & finem nobis ipsi nobis repeteremus: Annos æternos in mente habe; præsertim cum est peccandi occasio, cum demonis suggestiones urgent, cum lædendæ conscientie instat periculum, o tunc ANNOS AETERNOS in mente habe.

I. Diver-

Confideratio IV. de Aeternitate.

II

I. Diverſe ad aeternitatem cogitandam admonitionunculae.

Philippus Rex Macedo, per nobiliſſepebun quovis mane ter ſibi dici juſſit: PHILIPPE HOMO ES, ſua mortalitatis nunquam oblivifci voluit, quo cautius ageret inter mortales. Cenſeo ego, nullum debere eſſe Chriſtiani & Catholici ſanguinis hominem, qui non ſuis ipſe quotidianus ſit monitor, dicatque ſibi conſideratiſſe ter minimū; AETERNVM, AETERNVM, AETERNVM. Quare, diſpon domui tuae, quia morieris tu, ait Ezechia regi Propheta, & non vires. Erit velper cojus tu poſterum mane viſurus non ſis, aut erit mane, cuius non ſis habiturus ſequentem velperem. Ita ergo turba negotia perage, ne ladaſ conſcientiam; & te rebus peripuris crede, ne per eas pereas, perdafque aeterna.

Mos eſt in Germania & bonus, ut cum ſub crepūculum lumen inferitur conclavi, ſimal etiam addatur Chriſtianum illud: Deus det nobis lucem aeternam. In templis ante ſanctiſſimum Euchariftiae ſacramentum, perpetui luminis lampas excubat, nuntiatiſſe adeſſe LUMEN GENITIVM, & luminis conditorem. Quid hac niſi admonitionuncula ad cogitandam aeternitatem? Eſt etiam aliqua in carceribus aeternitas, ſed infamis & horribilis, ad perpetuas tritremes, ad perpetuos carceres damnari grave ſupplicium eſt, & multis ipſa morte tritiſſe videtur. Morbis aliſſis ærumnis preſſi, quandam itidem ſibi aeternitatem imaginantur, unde & voces illas audimus ſæpius: Nempe hęc aliſſe: ſicne aeternum affigat lecto? perpetui dolores iſti toletand? Itane ſemper vexabor & cruciabor? aeternitates iſtae breves ſunt, & ſuo ſine clauduntur.

Sed ad carceres redeo eoſque perpetuos, quos multi ſponte & ultro ingrediuntur, & omnem illic vitam volentes conſumunt. Atque hi religioſi ſunt viri feminæque, quibus non eſt difficile Dei cauſā aeternū mundo valedicere, & ſacris ſeſe ergaſtulis mancipare. Monafterium eſt Bavariae, quod ab S. Alcone nomen trahit, & in duas claſſes virorum & ſeminarum diſiſum, ut ſic diſtinctum & duplex cænobiū illud Conſtanti-nopolitanum, de quo antea, ſerē aequet, in continuis diu noctūque decantandis Dei laudibus. Hic ergo moris eſt, cum virgo ſacrum velamen in templo accipit, & Chriſto in ſponſam initiatur, finitis publice ſacris omnibus, nova Chriſti nupta in monafterium deducitur per ſaceratiſſe, præſtatur illam quatuor e monialibus, & laudabili cæmonia feretrum præferunt, ingreſſis omnibus ſacris virginibus, fores clauduntur & oblerantur, perinde proſus ac ſi novę Chriſti ſponſa diceretur: Vide, mea Virgo, ut quod jam incipis, ritē conſtanterque perficias. Cogita te nunc viam hęc ingredi, non regreſſurā niſi mortuā. Mundus & quidquid eſt mundi, deſerendum tibi eſt, & nec cogitationibus quidem illic amplius revertendum, tuus tibi Chriſtus ſit omnia. Et en per hanc januam tranſis in domum Obedientiæ, nec redibis per hanc, niſi in hoc quod vides, feretro, cum ultimum iter facies ad ſepulchrum, ſuper humeros tuarum ſororum, ad cælum tibi via ſemper aperta eſt, in hęc licet expariari & excurrere, non ad mundū, non in patriam, non in paternam domū, vivam enim te jam ſepelinus, & tu ipſa tuas ſe exequias. Hoc multis ex ſpectatoribus lugubre videtur & mæſtum ſpectaculum. Hem, inquiunt, aeternā cavē ſic includi, uno ſemper loco deſiſcere, omnem ad parentes reditum eſſe præcluſum, voluptatibus procul degere, ante mortem ſic ſepeliri? horremus nos, præcant alii atque alię, non ſequimur. At dicite vos, quaſo, Mundi alumnuli, eſt quod ex vobis ſciſcitur Iſaias vates: Quis ex vobis poterit habitare cum arſoribus ſempiternis? Illud vobis videtur intolerabile pauculis annis ad vitam ſanctē ducendam, ad cælum tutius & certius obtinendum, ad beatam in cælo Aeternitatem promerendam, ad aſpectum Dei aeternum aſſequen-

Adum intelud? cam tamen ii qui religioſe caſteque vivunt, ſincenſe gaudiū percipiunt, quā qui quotidianis delectis & voluptatibus abundante, & diſſiunt. At dicite vos etiam, namquid damnatis ſardapila præferetur, quā ſignificet, illos jam ablegari ad rogos, & ignis ſupplicium, ſed poſt aliquot annorum centurias, mortuos inferetro efferendos, ſi quā oprata hęc eſſet & mitis ſententia. At, expectant mortem & non venit. Mille & mille atque iterū mille annis expectabunt, ſed necdum veniet, ipſi tamen expectant, etſi ſciunt ſe fruſtra expectare. Quiſquis cælum & teipſum amat, maturē Anos AETERNOS in mente habe.

De non abſimili monafterio, ſi ingreſſus ſpectetur, narrat Ruſſinus, Aquileſentis: Apud Thebaidem, inquit, Iſidori monafterium tam amplum quā nominatum eſt, laxiſſimis aeternis ſeptum, hortis, puteis, & omnibus ad vitę uſum neceſſariis liberaliter inſtructum, ne ulla cuiquam anſideretur, vel cauſa cogitandi excuſus. Hęc enim cænobiū lex eſt immobilitas, ut quā quis ſemel pedem intulit, hęc nunquam efferat amplius. Ad cælum & ad ſepulchrum ſolū, non aliō egreſſus patebat. Et miram videatur, inquit Ruſſinus, quod hęc lege ingreſſos, non legis neceſſitas, ſed ipſius vitæ beatitudo retineat. Opus eorum omne eſt, precari, Deum laudare, religioſis ſtudiis navare operam: quā omnia eā obeunt indiſtriā, vitæque ſanctimoniā, ut multi inter eos thauaturgi & qui patratorum miraculorum gratiā polleant. Eā verō vivunt temperantiā & ſingulari Inter religioſos nullus morbus eſt niſi ultimus, hoc eſt ipſa mors, quæ omnium ubique clauſtorum ſeras vecteſque convellit, nec ſe ullis quantumvis ferratis oſtiis ſinit excludi. Et nunquid hoc etiam monafterium, aliquam Aeternitatis umbram præſe tulit? Sed progrediamur.

II. Aeternitas omnes Arithmetice numeros & leges tranſlit.

Communis & notiſſima proponi ſolet circa Aeternitatem Arithmetica, quā infantes in ſcholis docentur, & hęc eſt, ſit moys, ajunt, e minutifſimis arenulis, inſtat totius terrarum orbis, aut mole & magnitudine illo maior, ſingulis verō annis non niſi granulum unicum dematur ab Angelo: quot annorum millia, & iterum millia, & denuo millia; quot centena millia; imō quot millia millionum aliquot, donec mons ſubſidere appareat & decreſcere? ſedeat jam Arithmetices magiſter, & calculum moveat, numerūque colligat, quot anni ſint abicuri, dum mons dimidiū, & dum totus abeat, ſic ab angelo tā lentē ablatuſ. Nos quidem vix aliter iſtud capimus, ac ſi nullus eſſet omnino fururus ſinis. Sed errat graviſſimē imaginatio noſtra, & halucinatur turpiter in eo, quod non Aris poteſt aſſequi. Re verā iſtius tantis montis ultimum tandem numeraretur granum. At AETERNITAS longitudine incomparabili excedit, (nihil certius) quia finiti ad infinitum nulla eſt comparatio, proportio nulla. Nullos admittit limites AETERNITAS, nullos fines: ergo damnati tam longo tamque incomprehenſibili annorum ſpatio utentur in æſiduis flammis, dum mons tantæ magnitudinis, dicto modo poſſet aliō transferri. Sed tantum abeſt ut eo tempore futurus ſit tormentorū modus & ſinis, ut tunc dici poſſit, jam primū incipit AETERNITAS; nihil deceſſit AETERNITATI, adhuc eſt integra. Poſt mille annos, poſt centum millia annorum, necdum ſinis, nec medium, nec principium eſt AETERNITATIS, ſed ejus meſura eſt SEMPER.

Eandem hanc Arithmetices rationem circa Aeternitatis negotiū eodē prorfus ſenſu verbis paullo aliis, huius ævi Theologus explicat, quā tibi, Lector, omnia integre & bonā fide admetiar, neque enim hęc unquā ſatis aut dici, aut commendari, aut incalcari poſſunt. Vide, inquit, quā longa ſit Aeternitas quādiu regnabit Deus

Qui religioſe vivat ſincerus gaudium percipiunt, quā qui voluptatibus abundante, & diſſiunt. At dicite vos etiam, namquid damnatis ſardapila præferetur, quā ſignificet, illos jam ablegari ad rogos, & ignis ſupplicium, ſed poſt aliquot annorum centurias, mortuos inferetro efferendos, ſi quā oprata hęc eſſet & mitis ſententia. At, expectant mortem & non venit. Mille & mille atque iterū mille annis expectabunt, ſed necdum veniet, ipſi tamen expectant, etſi ſciunt ſe fruſtra expectare. Quiſquis cælum & teipſum amat, maturē Anos AETERNOS in mente habe.

Ruſſinus l. 2. c. 17.

Inter religioſos nullus morbus eſt niſi ultimus, hoc eſt ipſa mors, quæ omnium ubique clauſtorum ſeras vecteſque convellit, nec ſe ullis quantumvis ferratis oſtiis ſinit excludi. Et nunquid hoc etiam monafterium, aliquam Aeternitatis umbram præſe tulit? Sed progrediamur.

Meſura eternitatis eſt ſemper.

